

Sed quid mirum cum de hoc dolore dicat Consultus in dict. l. si adulterium, inperator. diffillimum ei fuit iustum dolorem temperare, & de eo dixerit Juvenal. fatyr. 10.

Exigit iste dolor plus, quam lex ulla doli.

Concessit.

Iustus enim toto iure vocatur, imò ab ipso iure iubetur maritos irasci: sic Ulpianus in l. mariti 29. in princ. ff. ad leg. Jul. de adulter. ibi: debuit enim uxori quodque irasci, qua matrimonium eius violavit. Neque hoc simpliciter, sed sub pœna, ut statim subiungit, ibi: tunc autem puniendus est maritus cum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam pretextu incredulitatis. Lex enim Julia non solum insurgit in adulteros, sed etiam in maritos adulteria tolerantes; & licet Ulpianus in eo textu loquatur de marito, cui non

24 tum fuit adulterium per apprehensionem; ratio, quæ est spiritus legis, eadem militat in eo qui certe percipit adulterium commissum; per aliam viam, ut in terminis latius dixerit Dexart. d. decis. 5. num. 13. si ergo lex pœnam marito imponit, quia patientiam adumbrat pretextu incredulitatis; acerbam imponet, quia legis iusta exequitur: minime, ut Dexart. ibi, tradidit. Quibus &

25 ego addo: maritus punitur ut leno, tolerans adulterium uxoris, quando ignorantiam excusare non potest, vel adumbrare patientiam pretextu incredulitatis; si accusat adulteros, apud omnes ridiculus fit; & quod amplius est, apud Iudices, qui vilem eum reputare solent, ut dixerunt Paulus de Castr. conf. 277. num. 3. verb. quod fecerunt lib. 2. Boët. decis. 298. num. 1. Lud. Bolognini. conf. 103. Bertrand. conf. 341. num. 11. lib. 1. Grammat. decis. 98. num. 20. Socin Jun. conf. 34. num. 5. cum segg. lib. 2. Mehoeh. de arbitrat. cas. 398. num. 25. Tiraquell. l. 13. consubial. num. 25. Favin. d. consil. 141. n. 17. Cabal. d. cas. 300. num. 25. cum duob. segg.

26 Et si non dixissent experientia hoc ipsum demonstrat; & sic non remanet alia via, quam propriis manibus vindictam sumere: si enim ex hoc acerbè puniatur, irretitus & illaqueatus miserimè remaneret; cum ubique remedium durum; atque inaccessibile reperiret. Si enim leges sic puniri adulteria disponunt, ut impossibilis sit ipsa punitio; nam quis vitorum in honore constitu-

tus accusabit, ut ipse carnificis loco ferum coram multitudine in uxorem, & adulterum exerceat; aut aliud remedium ad compescendam fragilitatem mulierum, & salacitatem adulterorum excogitandum est, aut habent maritus laxandæ; ita ut excusentur, præsertim si statim, ac possint vindictam sumpserint, cum tunc incontinenti occidisse videatur, l. 2. §. confestim. ff. ad Tertullian. 28 ibi: confestim autem sic accipiendum, ubi primum potuit. Bartol. in leg. 3. §. cum legitur, ff. de vi, & vi armat. Cabedo decis. 172. num. 5. Decian. conf. 23. num. 192. vol. 1. conf. 94. num. 32. vol. 3. & Conf. 3. num. 121. vol. 4. Gizzarel. decis. 18. num. 5. Giurb. d. conf. 86. num. 19. & 21. quibus diluuntur cuncta per Farin. d. conf. 141. in contr. perpena.

Ex quibus praxis communis ea est, 29 ut effectus doloris perpendatur, & solum puniatur excessus, ita ut si adest doli suspicio in forma occidendi, ut puta circumstantia tendens ad prodicionem, pœna aggravetur: si autem impotentia doloris occiderit statim, remittitur. Et sic decisum in specie proposita condemnando Franciscum Palomeque in pœnam remigii per decennium, sententia diei 21. Novembris. 1667. Actuatio Francisco Antolina: Ex qualitate infidiola atomorum igneorum pœnam aggravando. In similem pœnam fuit condemnatus Antonius Alvarez qui uxorem appensare occiderat, quia meretricabatur, sententiâ diei 15. Octobris ejusd. anni.

30 Actuatio Francisco Mosco: ex eo acerbata pœna, quod omisus iudicatus fuit, cum non conquereretur de simplici adulterio, sed de vita meretricis, quod perfici nequibat, sine desidia, vel conniventia mariti. Sed Alfonso Anãa, Agaso vulgò nuncupatus, et crado, in levioerem pœnam fuit condemnatus, qui uxorem occiderat, ex eo quod ipso absente adulterium, quod confessa marito fuit, patravit: relegatus fuit ad præsidium per sexennium sententiâ diei 15. Decembris 1659. Actuatio Francisco Mangano. Ex quibus colligi potest Aule consuetudo in commenturandis similibus pœnis.

CON



CONTROVERSIA XIII.

De genero mortem socii affectante per Assassinium cum armis sulfureis exequendam.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 Parricidium committitur morte soceri.
- 3 Assassinium committitur per mandatum aliquem occidere, mediante pecunia.
- 4 Armis sulfureis utens crimen speciale committit.
- 5 Affectus non secuto effectu, licet punibilis sit, non tamen pœna ordinaria.
- 6 Quod procedit etiam in atrocissimis de generali consuetudine.
- 7 Parricidii crimen punitur pœna ordinaria, non secuto effectu.
- 8 Precipue si ad actum proximum perducatur.
- 9 Affectus non secuto effectu, si ad actum proximum reducatur punitur eadem pœna in atrocioribus.
- 10 Affectus punitur per jus Hispanum non secuto effectu in parricidio.
- 11 Et in omnibus atrocioribus criminibus.
- 12 Parricidium intentatum ut puniatur pœna ordinaria non exigit qualitatem veneni.
- 13 Assassinium punitur eadem pœna non secuto effectu.
- 14 De iure Hispano idem procedit.
- 15 Que procedunt si ad actum proximum perveniuntur sit, & per eum non fecerit quominus periciatur.
- 16 Explosio armorum ignis animo occidendi, punitur capitali pœna.
- 17 Requisita necessaria ad pœnam ordinariam si mors nec vulnus sequatur.
- 18 Explosiois pœna tenetur mandans pariter, ac executor.
- 19 Explosiois crimen non potest dici attentatum, sed consummatum, & quare.
- 20 In explosiois crimine an teneatur Iudices pœnam acerbam imponere, vel non.
- 21 Consuetudo generalis de qua testantur aliqui Doctores, quoad impositionem pœnae extraordinarie in criminibus.

- attentatis incerta est.
- 22 Consuetudo similis, si adest, erit quoad remotam attentionem, non quoad proximam, & immediatam.
- 23 In parricidio si addatur aliqua qualitas prava, veluti veneni, prodicionis, assassinii, aut similis pœna capitalis imponitur, licet effectu non sequatur.
- 24 Reiteratio affectus nocendi aggravat culpam, itaut sequi possit condemnatio ad pœnam ordinariam.
- 25 Decisio Aule.

DIDACUS Estevan odio prosequatur Jacobum Munios socerum suum, quem antiquitus vulneraverat, & in eum tormenta sulfurea explosa fuere, ut credebatur per Didacum, qui fugam arripuit, & ad civitatem Valentie perveniens de nece soceri cogitando, assassinos quæsit, qui eam ictu sulfureo exequerentur, ad quod pecunie summam dederat. Per illos die 3. Decembris anni 1659. tormentum in socerum explosum fuit, à cuius ictu mirabiliter fuit liberatus. Constitit de mandato per epistolas manu Didaci scriptas, ac per ipsum recognitas: de pœnia interventione per confessionem ipsius rei, atque de executione per evidentiam facti, & vestigiis glandium plumbeorum repertis in proximo pariete: & licet Jacobus, neque occisus, neque vulneratus fuisset, disceptabatur qua pœna Didacus, demum captus, pendendus esset.

Quod in hoc crimine tria specialia aggravantia concurrerent non dubitabatur; nempe Parricidii conatus, quia socer nominatim comprehenditur in l. 1. ff. ad leg. Pompei de parricid. ibi: generum, nurum, socerum, pluribus Farinacius, quest. 120. num. 117. Solorzano dict. lib. 2. de Parric. cap. 14. in princ. Anr. Matthwus lib. 48. ff. tit. 6. c. 1. n. 5. Assassinium cum mandatum interveniret mediante penunia, mandans enim pariter ac mandatarius pœna assassinii tenetur, Text. in c. pro humani §. vim igitur, ibi: ipsos faciant per assassinos occidi, & §. sacri, ibi: interfici fecerit, vel etiam mandaverit, de homicid. 6. ubi commun. Doctores, pluribus Barbof. in collect. ad hunc Text. & Fatnac. q. 123. num. 26. & segg. & genus armorum, nempe igneorum quod delictum proditorium facit & pœna capitali punitur ex solo conatu I 2 perfecto

perfecto per explosionem, argumento
*Text. in l. is qui cum telo 7. C. ad leg. Cornel. de Sicar. l. 5. tit. fin. lib. 8. ordin. l. 14. tit. 23. lib. 8. recopil. ubi Didacus Perez & Azevedo, pluribus Giurba, observat. 43. per tot. de quo dixi 2. de regim. cap. 8. §. 8. num. 140. cum seqq. quo probavi ex sola explosione deliberatè facta pœnam deberi. Tamen cum hæc omnia ad effectum perducta non fuissent, affectus non pœna ordinaria, sed mitior imponenda videbatur, ut probat *Text. in l. cogitationis 18. ff. de pœnis, l. 1. §. 1. l. si quid fur. 22. in princ. ff. de furt. c. sicut dignum, §. illi autem de homicid. c. perpetuo de election. in 6. Ubi comm. Doctores, l. 2. in princ. titul. 31. part. 7. ubi Grego. Lopez, Gloss. 1. per quos Textus plures fuerunt Doctores, præter ordinarios, qui hanc conclusionem firmarunt etiam in atrocioribus, Farin. *quæst. 124. n. 19. & 20. cum pluribus seq. Grammat. decis. 2. num. 8. & 12. Olfascus decis. 19. ad fin. Peguer. decis. 7. ex n. 9. Rojas, singular. 17. & 153. Muta, decis. 50. num. 25. Ant. Gomez tom. 3. var. c. 3. n. 11. Matta, voto 238. in 14. Tufcus, lit. C. conclus. 544. Thesaurus, dec. 243. n. 2. & 3. & lib. 2. quæst. for. q. 24. Riminal. jun. *conf. 360. numer. 72. & conf. 761. num. 12. Honded. conf. 108. ex n. 51. & conf. 98. vol. 1. Ludovic. decis. Lucens. 15. Ricus, in prax. quotid. resol. 52. num. 3. Giurba, *conf. 46. num. 37. Caball. cas. 242. num. 57. & de homicid. n. 601. Guazzin. defens. 33. cap. 24. n. 6. qui cum Julio Claro, Bossio, Riminaldo & aliis sic de generali consuetudine totius Italiae vel potius totius mundi observari testantur, quod & dixerat Farin. d. *quæst. 124. n. 78. Et procedit etiam si lege municipal. vel statuto aliter disponatur, Baldus *conf. 356. vol. 1. Marfil. conf. 51. num. 6. Farin. q. 17. num. 49. Ludovic. decis. Perros. 8. n. 3. Ricc. de resol. 52. n. 2. Guierrez lib. 3. practicar. q. 7. num. 344. Giurba, d. *conf. 46. n. 37. in fine. Pulchrè Ant. Matthæus d. lib. 48. tit. 5. cap. 3. ex. num. 10. Ex quibus concludendum videbatur extra ordinem Didacum puniendum esse, cum neque mors, neque vulnus secutum fuisset.********

7 Contrarium tamen deducebatur ex tribus specialitatibus memoratis: Primò quia in crimine Parricidii ita specialiter cautum reperitur ob ejus immanitatem in d. l. 1. in fin. ff. ad leg. Pompei. de parricid. per quam ut pœna debeatur non

est necesse ad finem maleficium perducere: sufficit enim attentare, & ad actum proximum reducere emendo venenum ad occidendum aliquem ex contentis in ea, ut in d. l. 1. in fin. habetur, vel pecuniam latronibus; aggressoribusque dare ad eundem finem l. si sciente 7. ff. eodem, & novissimè per l. unic. C. de his qui parent. vel lib. occ. & §. alia deinde lex instit. de publ. Judic. non requiritur effectus mortis, sed solum, ut dicunt Imperatores, ibi: quod parentum vel liberorum fata preparaverit ut vulgata tenet, vel properaverit, Florentina, quam sequuntur Cujacius, in novis post. add. §. alia, & Solorzano d. lib. 2. de par. c. 1. quia ut ipse notat, proparare nil aliud est quàm, antedem in paternos annos inquirere, ubi Accursius Bartol. Joannes Faber, Misinger, & alii adnotarunt, comprehendere quoscumque hac attentantes, ubi sequitur Tiber. Decian. lib. 9. criminal. cap. 12. pluribus Farin. d. q. 120. num. 147. Ant. Matthæus, d. tit. 6. cap. 1. n. 7.

9 Que conclusio generaliter in atrocissimis procedit, per *Text. in l. generaliter, 3. in princ. ff. de calumn. l. si servo 5. ff. de condit. ob turp. caus. l. quisquis 5. C. ad leg. Jul. majest. l. si quis servo suaserit 20. C. de furt. l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cler. l. is qui cum telo 7. C. ad leg. Cornel. de Sicar. c. si quis non dicam rapere, de pœnit. distinct. 1. d. c. pro humani, de homicid. in 6. Gloss. in l. 1. §. bestias, verb. si non, ff. de postul. Gloss. in l. qui autem reb. puniri, ff. de his qui not. infam. Angel. *conf. 14. Grammat. vot. 8. & 9. n. 10. & 22. & decis. 38. n. 1. & consil. 39. num. 19. Carrer. in prax. §. circa igitur, num. 16. & §. circa tertium, n. 25. Bossius, tit. de mandat. ad homicid. n. 13. Tiber. Decian. d. lib. 9. cap. 3. num. 38. & conf. 115. n. 14. vol. 3. Cassaneus, ad consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. n. 50. Brun. à Sol. *quæst. legal. 34. num. 12. & in comp. verb. Absas. quando. Intrigliol. conf. 13. n. 15. Rovit. decis. Avemion. 15. n. 6. Bertazol. *conf. crim. 123. n. 7. Piraquel. de pan. temper. cas. 37. n. 9. Corn. *conf. 249. vol. 1. Felic. allegat. 45. n. 13. & alleg. 46. n. 113. 1. part. Jul. Clarus, in S. Assassin. num. n. 6. & 7. & Bajard. n. 24. Cavalean. de brac. reg. part. 1. n. 78. Villagut. de extens. leg. tit. de extens. leg. pœnal. instit. Assassin. n. 11. 18. & 19. Plaga de delict. cap. 19. num. 9. & cap. 21. n. 4. Afflicis, ad consil. reg. rub. 12. de percuss.*****

10 in *Text. ibi: qui Consiliis & Consistorio nostro intersunt.* Ob quod solum de his supremis Senatoribus jura intelligenda esse docuerunt Julius Clarus in d. §. læsa majestatis, num. 5. Platea in l. nemo. C. de dignitat. lib. 12. Vivius decis. 278. per tot. Boër. de sedios. pag. 7. num. 36. Gigas de læs. majest. lib. 1. quæst. 14. num. 24. And. de HERN. tit. que sint. regal. verb. bona committentium crimen læsæ. Misinger. *observat. 41. centur. 5. Capiciv. decis. 130. numer. 11. cum seqq. Casian. in catal. glor. num. 7. part. considerat. 13. Gratian. discept. for. cap. 54. num. 7. Fontanel. de pacto claus. 3. gloss. 1. num. 3. Novat. ad pragmat. Neapol. tit. de abolition. pragmat. collect. 2. num. 32. Cabal. cas. 148. n. 6. & 7. Ant. Matth. de crimin. d. lib. 48. ff. tit. 2. c. 2. n. 7. quomodo explicandus est Farin. ubi proxime: quia expressè non dixit judicem inferiorem occidentem crimen læsæ committere; neque credendum est in hoc turpiter errasse.*

11 De jure Hispano hæc patiter procedunt; nam *Textus in dict. leg. 1. vers. la octava, tit. 2. part. 7. de supremis Consiliariis & Præfectis Regiæ domus & Curia loquitur tantum, quia hi sunt quibus juris dicendi potestas in Curia, per Regem concessa est, ut explicat Greg. Lopez ibid. gloss. 12. & in l. 1. tit. 16. p. 2. gl. 1. & ex verbis d. l. 1. vers. la octava, clarè*

12 percipitur ex his que dixi *contr. 1. n. 14. cum in his æquiparati Præfecti Regiæ domus, & curia sint cum dominis de Consilio in l. 1. tit. 22. lib. 8. recopil. statim expendenda, in quibus terminis intelligendæ sunt dictæ leges styli, ut per Paz. ibid. notatur. At Prator & illius Vicarii ex natura officii non habent potestatem juris dicendi in Curia, sed in villa Matriti. & illius districtu, cum per accidens se habeat quod Rex in ea resideat; sicut enim ex Judicibus per Provincias constitutis, de quibus non comprehendit sub hac lege tenuit Greg. Lopez d. gloss. 12. in fin. Quæ nituntur in decisione *Textus in d. l. 1. tit. 16. part. 2. quo Alphonsus nostet sic inquit; ibi: e porque las personas de los oficiales del Rey sin los que errassen contra ellos non podrian ser siempre de una natura nin estarian en un estado, poren de non les podemos poner cierta pena: & ratio de facili percipitur, nempe quia supremi Consiliarii qui in Consistorio Principis intersunt pars corporis illius sunt, ut cavetur in dict. l. quisquis, & perpendit peracutè Jul. Clar. d. n. 5. & cum**

eo plures ex Doctoribus relatis: at verò inferiores qui hac prerogativa non fruuntur: minimè comprehensunt. Quod clariùs depromitur ex l. 1. & 5. tit. 12. lib. 8. ordin. per quas occidenti, vulneranti, vel capienti iudices supremos pœna alevosi imponitur, quæ est fermè eadem, ac proditoris, sive perduellionis, ut probat Azeved. in l. 1. tit. 18. lib. 8. recopil. quæ includit capitalem, & confiscationis, ut habetur in d. l. 1. in occidentem, vel capientem iudices inferiores solum imponitur ultra capitalem amissionis bonorum, & in vulnerante, capitalis pœna in exilium commutatur, ut habetur in dict. leg. 5. ergo recessum fuit quoad eos à dispositione d. l. quisquis. 16 Quæ quidem fermè confirmata sunt per l. 1. & 5. tit. 22. l. 8. *recop. (quia in vulnerante & capiente supremos iudices amissionis bonorum restricta est ad medietatem, ut in d. l. 1. cavetur) ergo liquidò constat occidentes Vicarium Pratoris non teneri pœna legis Julis majestatis. Quod in terminis docuerunt nostrates, Bartol. Philipp. *tract. de los conlegeros, discurs. 7. privileg. 8. num. 4. Olan. in concord. anti-nom. leg. part. in Correct. part. 7. num. 127. Roder. Suarez, post illius oper. concl. 34. Avendaño de exec. mandat. parte 1. cap. 22. num. 7. Didacus Perez in leg. 39. titul. 19. lib. 8. ordin. gloss. 1. verbo matar alcalde, Ant. Gomez tom. 3. variar. c. 2. num. 6. vers. item committitur quando, Bobadilla dict. lib. 3. cap. 1. num. 29. Canterra *quæst. crim. cap. 2. de crim. læsæ majest. n. 1. & 2. Don Joan. Vela de pœn. delictor. cap. 21. num. 4. Azevedo in leg. 1. tit. 18. lib. 8. recopil. num. 27. cum duob. seqq. Alphons. Narbona in leg. 20. titul. 1. lib. 4. recopilat. gloss. 7. per tot. Hermos. ad Gregor. in leg. 2. titul. 4. gloss. 2. part. 5. num. 1. Aillon. ad Gomez d. cap. 2. num. 7. in fin. & ita intelligenda sunt que dixit in terminis Latrea allegat. 117. num. 32. sed quia in dict. leg. 1. titul. 16. part. 2. dixit Alphonsus ibi: por que el tuerto, e la deshonora que les fuesse fecha non tane a ellos tan solamente, mas al Rey en cuio servicio y guarda estan, e merecen porende mui grand pena. Et in dict. leg. 142. styli, dicitur ibi: los que matan a los oficiales de Rey, o de la Reyna, e maiormente los oficiales, que son puestos para hacer justicia e para jur. çarla por raçon del oficio, representan la persona del Señor: quamvis crimen prodicionis, seu læsæ majestatis propriè non committatur, com***

committitur crimen proximum, ut considerat Azevedo *ubi prox.* & pœna debet aggravari, ut habetur in hoc Textu & inferius dicitur.

Sed nota quod nostræ leges sicut, & 19 jus commune, requirunt quod offensa facta Consiliariis, Judicibus, & Officialibus, fiat intuitu officii, quatenus cavent quod si vulnus, vel mors sequatur in rixa procedente ex alia causa, non puniantur rei pœna harum legum, sed ea quæ statuta reperitur in privatis criminibus. Sic de jure tenent Farinac. *d. quest. 112. n. 140.* Gratian. *d. c. 54. num. 7.* Montan. *de regal. tit. bona committentium crimen majest. num. 3.* cum aliis ex laudatis *supra num. 16.* & sic cautum reperitur in *legibus Ordin. & recopilat.* superius adductis, & sic docent Azevedo *in dict. leg. 1. num. 8.* & ceteri laudati *num. 17.* Neque vana est hæc disputatio, quia *in dict. leg. 1. tit. 2. part. 7. in fin.* clarè dicitur pœnam prodicionis imponendam offendenti Principem in illius persona, statu vel dominatione, pœna autem alevosi in offendentes Magistratus & ceteras personas in eo Textu comprehensas, cujus distinctionis effectus est, ut in primis imponatur famæ nota quoad illum & filios, in secundis verò pœna non egrediatur rei personam. Licet si verum fateor in supremis Senatoribus justissima videretur opinio, Jul. Clar. *in d. §. læsa, num. 5. ad fin.* dicentis quod ex eo quod reputentur pars corporis Principis læsæ majestatis crimen committitur, quod etiam docere videntur Bobadilla *d. c. 1. n. 29.* & Larrea *d. n. 32.* Ex his in causa Ildephonsi Gonzales Barroso, nuncupati *el Pardillo*, qui unum ex Præfectis Regiæ domus & Curie vulneraverat in resistentia facta nocte diei 29. Julii 1664. dum Urbem lustraret, vulgò *rondava*, decisum fuit condemnandum fore in pœnam mortis & amissionis medietatis bonorum sententia diei 5. Octobris 1665. quia concurrerant suprema dignitas offensis, & qualitas vulneris ex causa officii, nempè in exercitio plenario jurisdictionis, & in repræsentatione actuali Principis.

Demum similia patrans pœna parricidii teneri non possunt, quia quantumvis Judices parentum loco habendi sint; hoc est quadam juris fictione; ut respectu Senatorum depromitur ex verbis Livii *dict. lib. 1. ibi: Patres certè ab honore, parricidique progenies eorum*

appellati. Cassiodorus *lib. 9. var. epist. 23. in fin. ibi: Nam licet nuncupemini omnes generaliter Patres, huic etiam estis, specialiter & parentes. Nomen vestrum à curis similitudine derivatum, fidelissima rerum applicatione confirmat non transiit iustatione vocabuli, sed honora sorte nascendi: honoris quippè nomen est non naturæ, quod non sufficit, ut pœna acerbissima parricidii imponatur, 23 cui lex Pompeia fœdus naturale considerat, & naturæ privilegia tuetur. Ut probat Anton. Matthæus *lib. 48. ff. tit. 6. cap. 1. num. 3.* Pœnarum enim impositio restringenda semper est tanquam odiosa, nullaque interpretatione juvanda *l. prospiciendum 11. in princ. l. interpretacione 42. ff. de pen. cap. odia de reg. jur. in. 6.* ex quibus sic docent Gregor. Lopez *in 12. tit. 8. part. 7. gloss. 2.* Tiber. Decian. *lib. 9. crimin. cap. 9. n. 6.* Don Joan. Vela *d. cap. 27. num. 5 & Don. Joan. Solorzano lib. 2. de parricid. cap. 6. per tot 24* sed meo iudicio vana, & inanis hæc disputatio de jure est; nam pœna legis Pompeiæ præterquam in patre, & matre, avo, & avia eadem est ac pœna legis Corneliæ de sicariis, ut expressè habetur *in l. 1. in fin. junct. l. parricidii 9. §. 1. ff. eo tit. ut cum Pichardo Solorzano & aliis dictum remanet contr. 9. n. 3.* Neque adhuc si vera esset conclusio ad omnes iudices extendenda esset, quia Patres solum vocabantur Senatores, ut ex Livio, Cassiodoro & aliis probatum remanet.*

Quod in Hispania indubitatum est, 26 nam per leges nostras specialis pœna imponitur similia patrantibus, ut constat ex *leg. 1. & 5. tit. 12. lib. 8. ordin. & in dict. leg. 1. & 5. tit. 22. lib. 8. recopil.* ita ut in nostro casu pœna statuta reperitur, nempè capitalis & amissionis medietatis bonorum; & cum legem habeamus non est amplius querendum *dict. l. interpretacione 42. ff. de pen.* Neque ex eo quod iste reus non occiderit, evadere poterat pœnam legalem, quia *in dict. leg. 1. ff. ad legem 27 Jul. majest.* non requiritur præcisè executio, sed quod opera, vel consilio alicujus fiat, & *in dict. leg. quisquis, C. eodem tit.* solum voluntas attenditur, ibi: *eodem enim severitate voluntatem sceleris qua effectum puniri jura voluerunt, quæ omnia concurrerant in nostra specie, & procedunt clarissime, quia licet propriè crimen læsæ non sit,*

sit, sapit ejus naturam, ut dixi. Ultra quod, quando consilium inicum fuit, & aliquis præstat auxilium præmeditatè ad occidendum, pœna æquali tenetur cum principali delinquente, ut pluribus probat Farin. *q. 13. n. 1. cum seqq.* Ex his fuit decisum pœna mortis, & amissionis medietatis bonorum condemnandum fore: sed quia juxta Text. *in l. aut fact. ff. de pen. & in d. 1. tit. 16. p. 2. & 18.* secundum qualitatem personarum tam offensis, quam rei, pœna exacerbari debet, & occidens privatum pœna furcarum ordinatè punitur, in occidente iudicem augendam aliquam circumstantiam decrevit Aula, quia injuria facta iudici aggravat maximoperè culpam, ut pluribus de more docet Giurba *observat. 8. num. 1. cum seqq.* & sic debet pariter pœna aggravari, ut omnibus in exemplum cedat. Ob quod Andreas Carolus Tort fuit condemnatus ad pœnam mortis, ita ut traheretur ad caudam iumentum usque ad locum supplicii, & post suffocationem in frustra scinderetur, & ejus membra in viis publicis collocarentur, & amissionis medietatis bonorum: sic pronunciatum sententiæ diei 10. Junii 1667. & executioni deductum die 12. eorundem, actuante Franc. Marçano.

CONTROVERSIA XV.

An ad imponendam pœnam assassinii sufficiat quod pecunia sit promissa?

SUMMARIUM.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Occidens sine causa præsumitur ab alio mandatum suscepisse, & ex hoc solum veni torquendus.
- 3 Mandantis & mandatarii crimina à jure civili cognitum, & punitum.
- 4 Assassini nomen à jure civili incognitum fuit.
- 5 Mandatum occidendi mediante pecunia, à jure civili fuit punitum pœna graviori, ac ipsum delictum.
- 6 Assassini nomen, & crimen à jure canonico cognitum, & punitum.
- 7 Assassini nomen & crimen cognitum, & punitum per jus Hispaniæ.

- 8 Assassini crimen à quo derivetur.
- 9 Assassini qui dicantur.
- 10 Assassinium propriè non committitur per quemlibet occidentem præmio de mandato alterius, quia debet esse infidelis fidelem necans, & ex illa gente qua hoc profitesur.
- 11 Assassinium non videtur commissum quin pretium effectivè datum sit.
- 12 Assassinium verè committitur quoties aliquis occiditur de mandato alterius, conventionione prævia de pretio, vel præmio.
- 13 Pretium præstandum ad assassinium debet pendere à potestate mandantis.
- 14 Pretium, vel retributio debet esse certa, ut dicatur assassinium.
- 15 Promissio certa, incerti præmii sufficit, ut assassinium dicatur commissum.
- 16 Lex Hispana non requirit pretium de presenti præstitum ad assassinium perficiendum.
- 17 Promissio de præmio præstando sufficit quoad nos ad assassinium.
- 18 Communis sententia Doctorum tenet quod assassinium verè committitur per quemlibet occidentem Christianum de mandato alterius, pretio mediante, vel promissione.
- 19 Didacus Covarruvias hanc sententiam secutus fuit.
- 20 Lex Hispana assassinium committi probat tam per illam gentem infidelem, quam per quemcumque alium mediante pretio homicidium exequentem.
- 21 Assassini pœna de jure Hispano.
- 22 Decisio Aula.
- 23 Mediator in crimine assassinii eadem pœna punitur.
- 24 Idem procedit de jure nostro.
- 25 Assassinium probatur plene per probabilia indicia.
- 26 Revelans delictum patrandum mitius puniendus est.
- 27 Decisio Aula quoad mediatorem.

PETRUS Cuñat oppidi de Alborata in Regno Valentia, & in eo bannitus dum in hac Curia degeret, die 25. Junii anni 1665. hora meridiana quendam virum in honore constitutum expectavit propè ipsius domum, & jam limina ingredientem à tergo necavit proditoriè ictu instrumenti manualis. Et cum instrumentum crepuisset ipse aggressor perterritus, atque conturbatus immanitate ipsa facinoris, statim captus